


Johann Bernhard Hahn


**Johannes Bernhardus Hahn, Phil. Et S. Theol. D. Lingvar. Oriental. Prof. Ordinar.
Senatus Phil. Et Academ. Senior. Stipendiorumqve Curator. Occasione
Lectionum Suarum Publicarum Semestris Hujus Hyberni Introductionem
Generalem In Pentateuchum Mosis Tradit. Anno MDCCXXXVII**

Regiomonti: Litteris Reusnerianis, [1737?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn861924878>

Druck Freier  Zugang





90

49. dg.

Fa 1092 (90.)

hs
67
66
o
d
4
l
lge
s
cabo
D
nd
ro.
e.
sw
af
8

10

hu

67

66

64

ge

aba

D

ai


ro

z

ind

af

ge



18. Theod. Guil. Schneiderus de prima iudicia publica divina institutione.
Narp. 1745.
19. Aug. Heifferus de Henoch ad Gen. 1. 22. 23. 24. Wittel 1670.
20. Jo. Henr. a Seelen examen hypothesarum de diluvio aenigmaticis
Hoff 1725.
21. Jo. Rud. Offendor de sensu verborum Gen. 11. 5. coll. 12. 21.
Tubing. 1719.
22. Henr. Jac. Lafus de poenitentia Noe adfecta ad Gen. 11. 6.
Griphiswald 1747.
23. Georg. Wassilij Schribner, exoratio a iugis Petro von dem Rönnebau
zu Wadde bei der Daniel in Londonen Sprachschreibung dar,
geliefert worden. Laub. 1742.
24. Math. Killerus de antiquissima gigantum gente eorumque
sedibus ad Gen. XIV. 6. Tubing 1701.
25. Jo. Val. Stegmayer de Abrahamo peregrinante cum femine
sua. Jen. 1714.
26. Georg. Friedr. Nichengk de tribus viris Abrahamo appa-
rentibus ad Gen. XVIII. 1. Hoff 1701. Duplex.
27. Jo. Rud. Kiesling de divinis Abrahami hospitibus ad Gen.
XVIII. 1. 2. 3. Lips 1720.
28. Jo. Saibertus de statua falis et Loti ex Sodoma
egressu. Helmst 1660.
29. Christ. Friedr. Bauer de Domini ad Abrahamum iuramento
ad Gen. XXII. 16. Luc. 1. 54. 55. 69-75 et Hebr. 11. 19.
Wittel 1746.
30. Jo. Henr. a Seelen de Abrahamo et Jacobo Patriarchis
viduis ad Gen. XXIII. 1-19. XXXV. 19. 20. Lnd. 1711.
31. Aug. Heifferus de Theraphim seu idolis Ebraei. ad Gen. XXXI.
Wittel 1663.
32. 33. Theod. Christ. Selienthalus de gloria Angeli federis cum Jacobo
collocantis ad Gen. XXXII. 24. 25. et Gen. XII. 4. Regiom. 1714.

ad Gen. XXVI, 2. 3. 4. Lipp 1744.

35. Gen. 9. Henr. Jacobus deiquibus nunc Pharaos opera Josephi ad veram
eulogiam perductus fuerit. Lub. 1712.
36. Aug. Petelius de Josepho Josephi divinatorio ad Gen. XLV, 5. Ferg. 1725
37. Georg. Dau. Kypke de integritate Cap. XLVI Genes. contra Schuckfordia
Hal. 1714
38. Christo. Henr. Zeibichius de sepultura in terra sancta a Josepho ad
Josepho patriarchis moribus appetita ad Gen. XLVIII, 29. 30. 31.
XLIX, 29. 30. 31. 32. L, 5. 24. 25. Hebr. XI, 21. 22. Willeb. 1744.
39. Jo. Christi. Einigh de manu dextra honoratione ad Gen. XLVIII, 14.
Lipp 1707
40. Carl. Friedr. Zacharias de ritibus scholasticis Judaeorum ad Gen.
XLIX, 10. Götter 1745
41. Theod. Kafalus de Naphthalitide patria Apostolorum ad Gen. XLIX
M. Brem. 1724.
42. Jo. Friedr. Prichii notas in Josephi Torelli animadversiones
in Exodi Librum ad LXX. graecam interpretationem. Lips. 1746
43. Friedr. Wich. Krafft de pietate obsequium qua Deus donos
dicitur effusus aedificasse Israelitis ad Exod. II, 20. 21. Gen.
1714
44. Christo. Aug. Heumannus de Pseudolthamaturgis Pharaonis 1744
rec. Gen. 1745
45. Bernh. von Sünden spousus sanguinum ad Exod. II, 15. 16.
Region 1713
46. Jo. Silemann Schenk de abellis facris et profanis Hebr.
1743
47. Christo. Henr. Zeibichius de mysterio carnis asae in nocte
naphthalis prima concubina ad Exod. XII, 8, 9. Willeb. 1744
48. Christi. Henr. Promel de angelo exterminatore ad Exod.
XII, 24. et II. LXXVIII, 49. Gen. 1685.
49. Christi. Salmans de transitu Israelitarum per mare rubrum
Gen. 1702

- XXXIII, 20. 21. 22. Gryphwald 1752.
51. Johes Mens. Opitius de candelabi Trofaia admirabili structura ejusdemque positum in sancto. pag. Exod. XXVI, 31-30 et Num. VIII, 2-4. Jen 1700.
52. Georg Adolph. Mehnert de אֲבִירָה תִּיבָה - אֲבִירָה אֲבִירָה אֲבִירָה ad Exod. xxxviii 30. Lips 1745.
53. Casp. Neumannus de geminis Urin et Phumina ad Exod. xxviii, 9a. et de ubo Tamarinae obsessae. ad 2 Reg. VI, 25. Lips 1709.
54. Jo. a Haritz de oratione sacerdotum ad Exod. xxviii, 41. Lugd. Batav. 1692.
55. Jonas Wahlén de Schirin ad Levit. xviii, 2. Chron. XI, 15. pag. XIII, 21. xxiv, 14. Gatsch. 1744.
56. Joach. Lud. Engelke de fundamentis matrimonii inter com. principes ad Levit. xviii, 11. Rostoch. 1744.
57. Jo. Mich. Langius de nuptiis per jus naturae, divinum, ecclesiasticum prohibitis. Helmsf. 1709.
58. Andr. Bøberg de manipulo primitiarum necesse ad Levit. xxviii, 10. 1710.
59. Jo. Christi. Guetius de anno hebraeorum jubilaeo ad Levit. xxv, 17. 1700.
60. Jo. Bernh. Hahn de anno Jubilaeo Hebraeorum ad Levit. xxv, 17. 1744.
61. Septus penitentialis ducatus Magdeburgensis in solis ex Lev. xxvii, 29, 24 et 2 Cor. V. 20-21. propofiti. Magd. 1725.
62. Georg. Noebis de Corae, Sathais, Abirani et Ori deplatu ad inferos ad Num. xv. Lips 1607.
63. Christi. Kortholtus de virga Aarons florida ad Numeros. xvii. Hil 1674.
64. Christ. Gott. Friedr. Wolfius de libro recti et bellorum. ad Num. xxvi, 14. pag. X, 10. 2 Sam. I, 10. Lips 1722.
65. Franc. Woskénus de mercede divinatoria Witteb 1727.
66. Christo. Pontagius de lignis Sibiria ad Num. xxv, 1.

Jo. Rud. Kieselringus de judaeis ad facultatem Zecotijianam promou-
catis Lipsi 1726
68. Idem de judaeo explorari veritatis contra sanctissimum teste
ad Deuterom. xxviii, 64. 65. Lipsi 1740

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header.

51.

52.

53.

54.

55.

56.


57.

60.

61.

62.

63.



51

52

53

54

55

56

57

60

61

62

63

1.
بِسْمِ اللَّهِ الرَّحْمَنِ الرَّحِيمِ

JOHANNES BERNHARDUS

Sahn,

PHIL. ET S. THEOL. D. LINGVAR. ORIENTAL. PROF.
ORDINAR. SENATUS PHIL. ET ACADEM. SENIOR.
STIPENDIORUMQUE CURATOR,

OCCASIONE

LECTIONUM SUARUM PUBLICARUM
SEMESTRIS HUIUS HYBERNI

INTRODUCTIONEM
GENERALEM

IN

PENTATEUCHUM

MOSIS

TRADIT.

ANNO MDCCXXXIII.



REGIOMONTI, LITTERIS REUSNERIANIS.

D. MICHAEL WALTHERUS in Officin. Bibl.

MOSES in Ecclesia merito habetur Doctor Legis & Evangelii disertissimus, Praeceptor & Magister totius chori Prophetici & Apostolici fidelissimus, Propheta divinisissimus, doctrina & miraculis illustrissimus, & Testis de Messia dignissimus, omnique exceptione major. In Politia Dux fuit fortissimus. In Ecclesia & Politia simul fuit Legislatur omnium sapientissimus, qui Leges tulit verissime à DEO acceptas, cujus delectus erat Legatus, Nuncius dexterrimus. Atque FIDELIS IN TOTA DEI DOMO praedicatur. Hebr. III. 5.



Um Lectionum mearum Publicarum Objectum per hoc semestre hybernum, secundum Constitutionem Regiam, sit PENTATEUCHUS MOISIS, cujus Lectionem Cursoriam statis diebus & horis continue prosequor; occasione hac pauca quædam de Appellationibus, Autore, Contentis, & aliis ad hoc Volumen spectantibus, INTRODUCTIONIS loco proponere animus jam est.

§. I.

Appellationes primæ hujus Codicis Biblici Veteris Testamenti Sectionis, quinque Libros priores complectentis, sunt plures una. Hebræi Volumen hoc communiter nominare solent una voce תורה (1) LEGEM, à Rad. ירה qvæ in Hiphil. תורה significat *Docuit, Instituit*, quia exhibet doctrinam ירני *docentem nos viam, in qua incedere debeamus, omnia præcepta complectentem*, scribente R. ISAACO ABARBANELE in Præfat. Commentar. in Josuam: (2) Vel, quia Legis, Promissioni & Fidei ministrantis, solennem admodum promulgationem iterum iterumque exhibet. Alias vero Rabbinii Librum hunc Legis, ob Quinque ejus partes, quarum quælibet חומש h. e. *Quinquernio, Quinta pars* appellatur,

A 2

(1) Sunt quidem nonnulli, qui Nomen hoc à Radice תור Explorare, derivare volunt, primam Literam ת habentes pro Radicali: sed rectius alii agnoscunt Radicem vocis hujus ירה cujus significationes Hiphilicæ Naturam & Indolem Legis venuste satis exprimunt, quorum tres adduxit CHRISTIAN. STOCKIUS in Clav. Lingv. Sanct. V. T. p. 483. Est ergo vox תורה formæ תורה ex ירה.

(2) Exhibet hæc verba JOH. BUXTORFIUS Fil. in Dissertation. Philologico-Theolog. p. 496.

4
 latur, (3) nuncupant, vel חמשה חומשי ׀ QVINQVE
 QVINTAS, scilicet Partes Legis, vel plenius, חמשה חומשי תורה
 QVINQVE QVINQVERNIONES LEGIS, seu QVINQVER-
 NIONEM QVINTUPLICATUM. Neque tanta est inter has
 modo allatas appellationes differentia, quantum sibi finxit LU-
 DOV. CAPELLUS, in suo Arcano Punctuatione, Revel. asserens,
 per ׀ חומשי׀ intelligi Volumen hoc, in vulgarem & communem
 usum scriptum, per ספר תורה vero innui quidem idem Volumeni
 sed non in vulgarem & communem, verum in Sacrum saltem &
 publicum Synagogarum usum destinatum: Egregie enim asserto
 huic obviam ivit JOH. BUXTORFIUS Fil. quando in Tract.
 de Punctor. Vocal. Orig. & Antiquit. p. 39. erudite ostendit, per
 solam vocem חומש & חומשי׀ nunquam intelligendum esse in-
 tegrum Volumen quinque librorum; sed saltem Quintam partem
 ejus scorsim scriptam; per תורה vero intelligi semper integrum
 volumen omnium quinque librorum, sive illud sit Sacrum, in Sy-
 nagoga asservatum, sive alius liber vulgaris, in usum privatum
 exaratus. Græca denominatio cum Hebraica convenit: πέντατευχον
 enim, à πέντε *Quinque* & τευχος *Vas*, *Abvens*, nec non *Volumen*,
 desumptum, proque themate verbum τέυχω *Struo* habens, idem
 est ac ἡ πεντάτευχος scil. βιβλος, & proprie *Quinstructuram*, seu scri-
 ptum in quinque Volumina distributum, Volumen Quintuplex
 vel Quinquepartitum innuit. Apud Latinos recepta quoque est
 vox hæc græca, quando Volumen hoc quinque librorum commu-
 ni nomine dicitur PENTATEUCHUS.

§. II.

AUTOR Voluminis hujus quinquepartiti, seu Pentateu-
 chi, est משה MOSCHE, Celeberrimum illud Nomen, quod ca-
 fu

(3) Ita explicat R. SALOM. חומשין ספר תורה שאין בו אלהי חומש אחר
 חומש אחר *Chumafibin est Liber legis, in quo non est, nisi חומש, id-*
est, una quinta Legis pars; apud JOH. HENR. HOTTINGER. in
 Thesaur. Philol. p. 456.

5

fu quodam plane singulari & mirabili eidem est impositum. Cum enim omnes pueri Ebraei jussu Pharaonis essent occidendi, (4) hicque post nativitatem suam ultra tres menses abscondi amplius non posset, arculæ bitumine & pice oblitæ inclusus, in fluvium exponebatur, in loco quodam juncis confito, ne flumine defluente abriperetur: Sicque de vita infantuli hujus actum omnino esse videbatur. Sed in aperto hoc vitæ periculo illustre plane Divinæ Providentiæ exemplum apparuit, dum ipsius tyrannici Regis Filia (5) lavandi causa egrediens, arcano quodam tractu ad hunc præcise fluvii locum algosum, ubi puerulus hic vagiens latebat, devenit, arcamque in media alga conspectam, ope ancillæ suæ extraxit, eandemque sine omni mora aperuit. Mirandum hic est, quomodo primo statim infantuli hujus aspectu, Filiæ Regiæ Cor, lingua, & omnia ad conservationem & educationem ejusdem, contra severissimum etiam Patris prohibitum, fuerint directæ, ita, ut miserrata ejus esset, eumque propriæ suæ matri, quamvis inscia, lactan-

A 3

dum

-
- (4) Vera tyrannici hujus mandati causa fuit juxta Exod. Cap. I. hæc, quod Pharaon multitudinem & potentiam Populi Israelitici timeret; interim aliam à somnio Pharaonis petitam somniarunt Judæi causam, quam HOTTINGERUS post verba Ebraica ita latine exhibet: *Habetur in Midrasch, anno quasi 130. à descensu in Ægyptum somniasse Pharaonem, & secundum quietem vidisse stantem hominem senem è regione sua, habentemque libram in manu sua: omnes autem seniores Ægypti colligatos uni imposuisse lanci, alteri vero agnum, qui omnibus reliquis præponderavit. Mane autem Magos ad se vocavit, quorum interpretatio erat, nasciturum Redemptorem Israëlitis contra Ægyptios. Et tum præcepisse, ut omnes filii interficerentur, in Smegmat. Orient. Lib. I. p. 395.*
- (5) Circa Nomen Filia hujus Pharaonis occupatos esse nonnullos deprehendimus, dum alii eam TERMUTH, alii vero BITHIAM vocant, adduntque, quod Lotionem hanc in proficiente propter morbum suscipere debuerit, sicut in PIRCKE ELIEZ. Cap. XLVIII. habetur: *Filia Pharaonis Bibbia percussa erat gravibus plagis, neque poterat se lavare in calidis aquis, sed descendit, ut lavaret in fluvio.*

6
dum ac nutriendum reddiderit. Mater pueruli mandato huic non tantum summo cum animi prolubio satisfecit, sed eundem aliquatenus adultum rursus ad Filiam Pharaonis reduxit, quæ cum loco filii proprii habuit, atque מֹשֶׁה MOSCHE vocavit. Sicque ex tam desperata salutis pusione fit derepente Filius Regina, ait GREGOR. GREGORII FRANCUS in Lexic. Sanct. p. 65.

§. III.

An ergo, & quale Nomen Parentes Mosis eidem in circumcissione imposuerint, plane incertum est, (6) quamvis CLEMENS ALEXANDRINUS pro certo asserat, fuisse illud Ἰωαννῆς JOACHIM, Libr. I. Stromat. p. m. 343. Nos potius de Etymologia veri Nominis, Autori nostro Pentateuchi impositi, erimus quodammodo foliciti. Placere hic nonnullis, tam Christianis, quam Rabbinis, (7) deprehendimus *Originationem* Nominis hujus *Ægyptiacam*, ex MO vel MOYS (8) *Aqua*, & IS vel ISES, vel HVSE, *Servatus*, ut adeo vox hæc juxta Linguam Ægyptiacam nihil aliud significet, quam SERVATUM EX AQUIS. Unde
etiam

-
- (6) De variis Nominibus Mosis multa passim leguntur, tam apud Judæos, quam apud Christianos. HOTTINGERUS in *Hist. Oriental.* p. 76. & seq. post verba Hebr. hæc ex R. Gedal. Schalschel. Hakkab. habet: *Biennio elapso, adduxit eum Mater Bithia filia Pharaonis, appellavitque nomen ejus Moseb. Pater ipsum vocavit Chaber; Mater Jekutiel, soror ejus Jeiber, Frater ejus Abi-Zanuab, Kebab nuncupavit eum Abi-Socco; Israël Schemajab; filium Natkanaël. Alias dictus fuit Tobia; sape Schemaja; non rara Scriba, quæ omnia explicationem habent allegoricam. Egyptii vero vocarunt eum Honios.*
- (7) Sunt ex his quidam recensiti ab AERAH. CALOVIO in *Bibl. Ilustr.* Tom. I. p. 208. scil. Philo, Josephus Patricides, R. Gedalia, Abenesra, Clemens Alexandr. Procopius, Rabanus, Lyranus, Tirinus, Hottingerus.
- (8) Hinc videntur ansam sumpsisse, tam LXX. Interpr. quam nonnulli Latinæ Versionis Auctores, scribendi nomen hoc inserto Y, h. m. מוֹשֶׁה MOYSES.

etiam ATHAN. KIRCHERUS in Lingv. Ægypt. Restitut. Sect.
II. in Scala Magna, h. c. Nomenclat. Ægypt. Arab. p. m. 222.
lin. ult. Nomen hoc literis Copticis exhibet, has voces: *Moses Ex-*
tractus, addit, idqve adjectis Arabicis vocibus comprobat. Sen-
tentiam hanc suam hoc modo defendere laborant, quod probabile
admodum sit, Mulierem Ægyptiacam, Regis Ægypti filiam, puc-
ro huic Nomen non ex alia, sed ex propria lingua desumptum
imposuisse, inprimis, cum eundem mediante Adoptione tanquam
filium proprium, Aulæ Ægyptiacæ destinaverit. Ut ergo illud,
quod Ægyptiaca hæc Princeps circa Onomathesiam Mosis in suæ
protulit lingua, postea Ebraei in suam verterint linguam; quæ
mens est MATTH. POLI in Synops. Criticor. col. 298. ita
scribentis: *illa dedit ei nomen in sua lingua, quod Hebraei postea ver-*
terunt in suam linguam, sicut & Græci Hebraica verterunt, Cepha in
Petrus, &c.

§. IV.

Quamvis vero modo recensita originatio Nominis hujus
Ægyptiaca non plane inconueniens videatur, rectius tamen statui-
tur, illud ex ipsa Lingva Ebraica, ejusqve Radice משה *Extrahit*,
deducendum esse, ut ita MOSCHE nomen suum ab EXTRA-
HENDO acceperit: sicut expresse Filia Pharaonis rationem hanc
suæ denominationis subjicit, dicens: *כי מן המים משיתחו* *Quia*
ex aquis extraxi eum. Exod. II. 10. Formam Nominis hujus משה
quod attinet, non est Participium Pyhal, prout celeberrimus alias
Tubingensium Philologus, MATTH. HILLERUS in Onomast.
Sac. p. 69. ex incuria forte scripsit, cum Participii hujus charac-
ter necessarius, scilicet litera ך, non adsit: sed est Participium
Benoni Conjugat. Kal., ex Anomalia Verborum לה, significatqve
proprie, non *Extractum*, (quæ significatio esset Participii Paul
משה) sed EXTRAHENTEM: ut adeo Moses fuerit quidem ex
aquis extractus, sed tamen etiam, divino plane omine, Nomen משה
Extra-

Extrahentis, acceperit, qui deinceps filios Israël ex aquis miseriarum servitutis ægyptiacæ, & Maris Rubri, extraheret.

§. V.

Equidem hoc nonnullis videtur dubium, quomodo Mulier Ægyptiaca, lingvæ Ebrææ ignara, Nomen mere hebraicum imponere Pueri Ebræo potuerit. Verum tanti non est hocce dubium, ut sententiæ supra propositæ obstare queat. Falso enim supponitur, Ægyptios Lingvæ Ebrææ fuisse plane ignaros; contrarium potius admodum probabile est, Ægyptios, & imprimis Regis Pharaonis Aulicos, ex continua cum Hebræis, in sua regione commorantibus, conversatione, Hebrææ etiam lingvæ, cujus Ægyptiaca Dialectus saltem fuit, notitiam sibi acquisivisse. Imo hoc de Regia Filia omnino statuendum est, propter colloquium cum Virgine Ebræa, Mosis sorore, institutum, quam sane, ebraice loquentem, sibi que consilium de Nutrice accersenda dantem, intelligere non potuisset, si Lingvæ Ebrææ ignara plane fuisset. Visum itaque fuit Principi huic Ægyptiacæ, Lingvæ Ebræicæ, conveniens, Infanti Hebræo, (9) non Ægyptiacum, sed Hebræum imponere Nomen, & quidem emphaticum, atque tale, quod singularis illius liberationis ex summo vitæ periculo, esset memoriale, simulque huic mirificentissimorum operum olim Patratori Prognosticon, scil. מֹשֶׁה MOSCHE, (10)

§. VI.

(9) Pro tali enim puerulum hunc primo statim intuitu habuit Regia, hæc Filia, quando dixit: מִלְרֵי הָעִבְרִים זֶה De Pueris Hebræorum est hic Exod. II. 6.

(10) Singularis est Hebræorum Traditio, qua nomen מֹשֶׁה per Anastrophem, & per Anagrammatismum revolutum, dicunt idem esse, quod הֵשֶׁם sive ipsum DEI Nomen, scilicet celebre, magnum, potens & terribile Pharaoni & Ægyptiis, &c. quam MICH. WALTHERUS in Offic. Bibl. recenset, nec rejicit.

§. VI.

Non itaqve sufficiens videtur fuisse causa, quod ex Impositione hac Nominis mere Hebraici occasionem arripuerint statuendi Interpretes nonnulli, Nomen hoc non à Filia Pharaonis, sed potius ab ipsa Mosis Matre, ceu muliere hebræa, impositum esse Mofi. Fovit hanc sententiam, præter varios alios, etiam AUGUST. PFEIFFERUS, in Dub. Vexet. ad h. l. ita scribens: *Nobis, salvo aliorum iudicio, nomen hoc non à filia Pharaonis, sed à matre impositum videtur. Namque 1. nomen indicio Spiritus S. Ebraum commodius Ebræa adscribitur, quam Egyptia, quæ cur Ebraismum addiscere voluerit à mancipiis, vix apparet. 2. Verba proxime præcedentia fœminina, scil. ותקח ותביאנהו ותניקנהו. spectant ad matrem Mosis, cur ותקרה ותאמר & necessario referantur ad filiam Pharaonis? 3. Verbum משיחהו, præsertim cum non adsit Jod ante affixum, commode transfertur extraxisti vel extrahendum curasti cum: & post varia alia ita concludit: Non dubitamus nomen משיחהו Ebraum, & siquid videmus, à matre inditum esse. Sed, si dicendum quod res est, non videntur Rationes à Viro Celeberrimo adductæ, tantæ esse ponderis, quæ sententiam suam stabilire queant. Primæ enim rationi infringendæ sufficere possunt ea, quæ supra à nobis de Colloquio Principis Egyptiæ cum Virgine Ebræa instituto, sunt allata, quibus accedit & hoc, quod ipsam Matrem Mosis, mulierem mere Ebræam, cum qua duabus vicibus, scilicet in Traditione & in Receptione pueri, collocuta est, intelligere minime potuisset, nisi ipsa Ebraice scivisset. Secunda ratio à Verbis fœmininis præcedentibus desumpta, aliquid forte valeret, si verba ותקרה ותאמר & post præcedentia illa immediate sequerentur, sed jam aliæ intercedunt, expressam Filiz Pharaonis mentionem injicientia, nempe hæc vers. 10. ויחי לה לבן Et fuit ei, scil. Filiz Pharaonis, in filium; hisque verbis immediate subjicitur vox ותקרהו & vocavit, quænam? num Mater Mosis? minime: hæc enim jam tradiderat puerum Filiz Pharaonis, & huic fuit loco filii, hæc etiam vocavit*

B

vit

vit nomen ejus משה, rationem hujus appellationis statim addens: כי מן המים משיתו *Quia ex aquis extraxi eum.* Ita sane omnia secundum textum Ebraeum accurate & justo ordine fluunt, neque opus est, sine necessitate ὑπεροχῆς περισσεύου hic statuere, multo minus verbum ותקרא in Plusquamperfecto vertere, & vocaverat, scilicet jam dudum, Mater nomen ejus Mose: quod sane, si ita factum fuisset, inter actus reliquos à Matre Pueri extra controversiam susceptos, commodius relatum, & vox ותקרא post voces ותקח & ותניקחו, ante vocem ותכיהו posita fuisset, h. m. Et sumpsit puerum, & lactavit eum, & vocavit nomen ejus Mosche. Quod denique verbum משיתו à b. Pfeiffero in Secunda Persona Præter. redditum, *Extraxisti*, vel *Extrahendum curasti eum*, & Argumentum, à defectu literæ Jod ante affixum, desumptum, attinet, hoc plane nullius est roboris. Cum enim Affirmativa Sec. Perf. Fœm. Sing. Præt. ה ante Affixa mutetur in ת, Prima vero Perf. Sing. omnium Præteritorum etiam exeat in ת, hæc duæ Personæ, scil. 1. Sing. & 2. Fœm. quando habent Affixa Pronomin. adjecta, non aliter, quam ex ipso contextu ab invicem distingvi possunt ac debent. Litera Jod enim à terminatione verbali ת non tantum in Sec. Perf. sæpe excidit, prout Pfeifferus existimat, sed etiam in Prima Perf. quale exemplum habemus in voce משיתו Gen. VI. 7. quæ sine dubio est prim. perf. præter. cum affixo ך.

§. VII.

Sed sufficiant hæc de Nomine MOSIS, qui juxta accuratiorum calculum natus est Anno Mundi 2373. (11) ante Christum 1576.

(11) Circa Annum Nativitatis & Mortis Mosis non plane conveniunt Chronologi, Celebert. Anglus, BRIANUS WALTONUS, ita colligit: *Moses natus erat annos 80. quum stitit se Pharaoni, & populum ex egypto eduxit. Exod. VII. 7. Exodus autem contigit anno mundi 2508. annis nimirum 400 post natum Isaacum. Si hinc deducas 80. annos Mosis, invenietur Moses natus anno mundi 2428. Cum igitur vixerit annos 120. sequitur, eum obiisse anno mundi 2548.* Bibl. Appar. p. 19.

1576. Parentes habuit אִמְרָם AMRAM & יֹכְבֵד JOCHE-
BHED, fuitqve Pronepos Levi, & Jacobi Patriarchæ Abnepos.
Vixit 120. Annos, & tandem in cacumine montis Pisga, ex quo
Terram Canaam contemplatus est, על פי יְהוָה secundum os, seu
Verbum & Mandatum Johovæ, mortuus est. (12)

§. VIII.

Continet Pentateuchus Historiam Mundi, tam Prioris, à
prima ejus creatione, quam Posterioris, usque ad Mortem ipsius
Mosis & Ducatum Josuæ, sicque res gestas sub Patriarchis ante-
& post-diluvianis, per seriem Annorum bis mille & quingento-
rum exhibet.

§. IX.

Distributionem Voluminis hujus vix commodiorem depre-
hendemus, quam à MICH. WALTHERO in Offic. Bibl. tra-
ditam. Secundum hanc Primus Liber delineat Ecclesiæ Plantationem
& Propagationem: Secundus ejusdem Protectionem & Gu-
bernationem: Tertius Ecclesiasticam Constitutionem: Quartus
Politicam Administrationem: Quintus Majorem Confirmatio-
nem. Hæc enim Distributio quoad Interna, seu Res in hoc vo-
lumine contentas, optime se habet.

§. X.

Restat, ut de Distributione illa, ratione Formæ Externæ, so-
li Pentateucho propria, qua in PARASCHAS tam Majores,
B 2 quam

(12) Prolixiorem Vitæ Mosis Enarrationem hic tradere, instituti nostri
ratio non permittit, qui eam desiderat, evolvat præter PHILONIS
Vitam Mosis, HOTTINGERI Smegna Orientale, ubi Lib. I. Sect. II.
à p. 394. ad p. 468. de Vita & Morte Mosis plurima ex Rabbin. &
Arab. Scriptoribus congestit: item WALTHERI Officin. Bibl. Re-
positor. poster. Thec. I. & in Compendio PETR. RAVANELLI
Bibliothec. Sacr. Tom. II, voce MOSES, & alios.

quam Minores, Apertas & Clausas, distribuitur, pauca quædam, & saltem palmaria, hic subjiciamus. Verbum Chaldaicum פָּרַשׁ *Separare, Distingvere, Dividere*, est Radix vocis פְּרִשָּׁה *Separatio, Divisio*, in specie *Distinctio, Sectio Legis Moſis*, quæ Pluraliter dicuntur פְּרִשׁוֹת quasi *Separate & Distinctæ Partes*, separatim ab antecedente Sectione exhibentes argumentum. Eæ, quæ prolixiorem Legis pericopeam exhibent, vocantur MAJORES, & triplici litera majuscula, sive פּפּפּ, sive ססס, in medio paginæ posita signantur, suntque in toto Pentateucho quinquaginta quatuor, ex quibus Judæi singulis Sabbathis unam in Synagogis publicis legunt, die XXIII. mensis Tisri, nostro Septembri respondentem, post festum Tabernaculorum, inchoando, (13) ut hac ratione integrum Pentateuchum quotannis legendo absolvere queant. Et quia numerus Parascharum Majorum numerum Sabbathorum in anno vulgari superat, hinc binas brevissimas Paraschas non tantum conjungunt, sed etiam, absoluta ultima totius Pentateuchi Parascha, statim eadem hora Primam ejusdem incipiunt, (14) quæ Lectio postrema, שמחת תורה *Gaudium Legis dicta*, ultimo die festi Tabernaculorum instituitur. (15) MINORES Paraschæ vocantur illæ,

(13) Quando queritur, quare non incipiant Lectionem hanc ipsis Kalendaris voti anni, sed demum post medium mensis primi, respondent Judæi, se hoc facere ad decipiendum Diabolum ut verum principium Novi Anni ignoraret, & Judæos, tam bonos, quam malos, accusare apud DEUM non posset. Vid. prolixius hæc proponentem JOH. LEUSDEN. in Philol. Hebr. Dissert. IV. p. 39.

(14) Et hujus rei ratio redditur à Judæis hæc: Ut omnis occasio calumniandi, & Judæos accusandi, diabolo præcipiatur. Fortasse diabolus DEUM accederet, & diceret: *Judæi quidem finiverunt Legem, sed nolunt amplius legere.* vid. LEUSDEN. loc. cit.

(15) JOH. BUXTORFIUS exponit causam Lætitie hujus his verbis: *Simul autem, quando legem absolunt, adjiciunt etiam Sectionem Primam, ut non tam videantur læti esse de absoluta lege, quam ut etiam alacritatem suam cessantur, de ea novo studio repetenda.* Libr. de Abbreuiatur. Hebr. p. 300.

illæ, quæ breviores Legis pericopas, & minutiores ipsarum Parascharum Majorum intersectiones exhibent, per literas minusculas, sive א, sive ב, solitarie in spatio vacuo linearum positas, indicantur, & ad diversitatem materiæ indicandam adhibentur, ut statim constaret, quando novum aliquod argumentum occurreret, prout hoc in primis ex Gen. I. ubi singula pensa Hexaëmeri, item ex Exod. XX. & Deut. V. ubi singula, etiam brevissima Præcepta Decalogi, nec non ex Levit. XVIII. ubi singulæ Leges de Consanguinitate, Minuscule ב, tanquam novæ Paraschæ minoris signo, distinguuntur, satis est manifestum.

§. XI.

Paraschæ omnes, tam Majores, quam Minores, dividuntur ulterius in פתוחות APERTAS, & סתומות CLAUSAS, à radicibus פתח, *Aperuit*, & סתם *Clausit*. Rationem hujus appellationis reddunt nonnulli *internam*, alii *externam*, & hanc quidem ratione Descriptionis, quæ פתוחה פרשה *sectio Aperta* ideo dicitur, quia ab aperta linea incipit, & indicanda est per literam א ibi præpositam; סתומה פרשה *sectio Clausa* vocatur illa, quæ in media linea incipit, & utrinque eadem linea clauditur, perque literam ב denotatur. Quæ differentia quidem in Codicibus Manuscriptis, in primis vero illis, quibus in Synagogis Judæi, sacra peragentes, utuntur, superstitione satis, in impressis vero Libris Biblicis, non adeo accurate hodie observatur, imo in nonnullis plane omittitur; de qua re proinde diversæ sunt inter ipsos quoque Judæorum Doctores sententiæ, quas recensuit JOH. BUXTORF. Libr. de Abbreviatur. Hebr. sub פס p. 175. seqq. *Internam* rationem petunt *vel à Sensu*, ita ut APERTÆ vocentur illæ Sectiones, quæ apertum & novum continent argumentum, à priori quæ sensum independens. CLAUSÆ contra dicantur illæ, quæ sensum habent quodam modo clausum, & à præcedente Sectione ex parte dependentem, unde quoque סתומות *Conjunctæ vocantur*.

62
66
64
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80

*cantur: vel à Qualitate textus, ita ut פתוחות notet textum Aper-
tura sive Planum, nullius operosioris declarationis indigum, ne-
que mystici quid involventem; סתומות contra textum clausura
atque obscurum, operosiore explicatione dignum, & mystici quid
importantem.*

§. XII.

Prima Parascharum harum Origo difficulter, aut plane non
determinari potest. Judæi quidem communiter vocant hanc di-
stinctionem הלכות למשור מסני *Traditionem ex monte Sinai, ea-
demque ipsi MOSI adscribunt; nonnulli tamen inventionem ea-
rum Prophetæ ESRÆ tribuunt, imo doctiores Ebræi, interque
illos R. ELIAS in Lexico Tisbi, testatur, centum septuaginta
annis ante Christum, receptam fuisse Parascharum divisionem. Hoc
interim certissimum est, Lectionem Mosis Sabbathinam esse anti-
quissimam, & tempore Christi ac Apostolorum jam usitatam,
quod aperte satis ex Actor. XV. 21. colligitur, ubi expresse di-
citur, quod Moses per singula Sabbatha in Synagogis lectus fuerit.
Non vero potuit tota lex uno Sabbatho legi, vel confuse hinc in-
de particulæ certæ ex eadem dæcerptæ explicari, sed potius sin-
gula Sabbatha suas ordinarias & certas lectiones seu portiones
Legis habuisse, à Doctoribus Hebræis פרשיות dictas, statuen-
dum est. (16)*

§. XIII.

(16) Non inepte diceretur, exemplo hoc Synagogæ Judaicæ Christianos
certas περικοπὰς seu Textus Dominicales, ex Evangelistis collectos, sin-
gulis diebus Dominicis accommodasse, quos vulgò EVANGELIA di-
cunt; quam operam à D. Hieronymo jussu Damasi, Episcopi Romani
A. C. 370. susceptam esse, communiter tradunt, ita ut sequentibus
temporibus, Anno scil. 770. Paulus Diaconus, Evangeliiis his Textus
quoque Epistolares, ex Apostolorum Epistolis, ad imitationem forte Le-
ctionum Prophetarum Judæorum, הפרשות dictarum, addiderit, vid.
LAUR. FABRICII Partition, Cod. Hebr. p. 35. seqv. Prolixe vero
de

§. XIII.

Quod denique Usum Parascharum in Pentateucho obviarum attinet, est ille apud nos Christianos exiguus & fere nullus, unde etiam Literæ hæ distinctivæ in nonnullis Bibliorum Ebraicorum editionibus, v. gr. Sebast. Munsteri, Ariæ Montani, Eliæ Hutteri sex Lingvarum, & in ipsis Polyglottis Londinensibus, illæso Pentateucho, sunt omissæ. In evolutione tamen Librorum Rabbincorum veterum utilitatem aliqualem hodieque præstant, dum Rabbini antiquiores, divisionem nostram in Capita non agnoscentes, Scripturam Sacram allegant secundum Paraschas, Majores, quarum singulæ Nomina sortitæ sunt à voce Prima, vel primæ proxima, & maxime emphatica. Atque hæc Parascharum Nomina per totum Pentateuchum Ebraicum sinistro semper folio superscribuntur, cum in dextera pagella Nomen Libri conspiciatur; extra Primum cujuslibet Libri Pentateuchi Parascham, quæ cum ipso libro commune Nomen habet; e. g. בראשית *vox* in Genesi, usque ad Capitis Sexti Versum Nonum, ab utraqve pagellæ parte superscripta reperitur, quod etiam in reliquis IV. Libris, ratione Primæ Paraschæ, obtinet, ita tamen, ut in dextero latere, vox ספר ubiqve, ad differentiam iuter Nomen Libri & Nomen Paraschæ indicandam, sit præmissa. Cum vero Sectiones hæ in Ebraicis saltem, non vero aliis Bibliorum exemplaribus, superne nominentur, nobis autem non ita notæ sint, quo præcise Libro, vel quibus Capitibus comprehendantur, egregiam sane operam & in eo præstitit JOH. BUXTORFIUS, quod eas omnes secundum ordinem alphabeticum in tabula proposuerit, ut tanto citius, & sine ulla

de hac materia egit M. JO. HEINR. THAMERUS in schediasmate Jen 1716. edito de Origine & Dignitate Pericopar. quæ Evangelia & Epistolæ vulgo vocantur: Vom Ursprung der gewöhnlichen Sonnen und Fest-Tage, Evangelien und Episteln, und was von selbigen zu halten sey?

ulla difficultate, quando ab Hebræis citantur, inveniri possint, in fine Libr. de Abbreviatur. Hebr. p. 302. & 303.

§. XIV.

Coronidis loco subjicimus Numerum omnium Parascharum Minorum totius Pentateuchi, prouti eum ex Maimonide & Bibl. Amstelod. in Exercitatione sua Jenensi de Sectionibus, in quas prisci Judæi Pentateuchum diviserunt, exhibuit M. JOHAN. CRAUSIUS, hoc modo:


	Gen.	Ex.	Lev.	Num.	Deut.	
Apertæ	43.	69.	52.	92.	34.	Sum. 290.
Clausæ	48.	95.	46.	66.	124.	379.
	<hr/>	<hr/>	<hr/>	<hr/>	<hr/>	<hr/>
	91.	164.	98.	158.	158.	669.

Hæc sunt, B.L. quæ in Programmate hoc, loco INTRODUCTIONIS GENERALIS in PENTATEUCHUM, occasione Lectionum mearum Publicarum, suppeditare volui; Specialem in singulos Voluminis hujus Qvintuplicati Libros Introductionem, alia occasione, si DEUS vitam concesserit, subjuncturus. P. P. in Regia Præssor. Acad. Regiom. Feria II. Nativit. MDCCXXVII.

יהוה שם יחור אלהינו מבורך לעולם ועד:









Sed cum religione Iudaica res profus aliter habet. Quis sub Patriarchis, eorumque numerosa prole egit radice nunquam calamitates propterea a Deo populo Iudaeorum, ut Profelytorum maior numerus Iudaismo adiacende neutiquam tam diuturna Christianorum vexatio quidem Iudaeorum. Illa per tria tantummodo secula Christi gregem adflixit; deinde ipsorum fides, euictis mine ac splendore suo totum terrarum collustravit. In haec contra calamitas non tria secula sed per grande sui spatium iam perstitit, neque vlla spes mitioris fati

§. VII.

Finem impono huic qualicunque scriptioni, summum mentis exorans precibus, ut excoecatam Iudaeorum Iesu Christo per spiritum sanctum ad lucem veritatis quo, pariete intergerino per sospitorem nostrum sub Iudaei, suus olim populus, tum nos insititii huius oleano spiritu, vna mente, vnoque ore, ipsum colamus, celebremus. Deo trino sit laus, honor et gloria in orum. Amen.

*Epilogus et
preces pro Iu-
daeis ad De-
um suae.*

CLA-

NOTIVS quidam conscripsit librum de Iudaeo Chriscida, ne peccante et vapulante; allegatum hoc scriptum in GII L' Historie des Juifs T. IV. c. l. §. XI. p. 926. editam. inueni.

